Sermones multos et prestabi-
li elegantia claros li. 1 Episto-
las varias spiritualem gratiam
redolentes li. 1 De interna cor-
dis pace in lingua vulgari li. 1
Oendt et alia nonnulla que
brevitatis gra pretermitto
Obiit autem in suprascripta
domo senex et plenus dierum

De Gosvino Episcopo Sro-
latensi in Flandria Cap. 33

Gosvinus colendissimus
pater prior quondam
domus sancti Joannis
Baptiste in Zeelhem prope
diest vir religiosus et doctus
et lingua non mediocriter
disertus qui de nostro conventu
cum esset clarus parentibus
ortus et moribus ac virtuti-
bus illustris in Episcopum Sra-
lcitensem electus est Quam
diocesim strenue et laudabi-
liter annis rexit compluribus
servans semper Cartusianum
propositum habitumque institutum
ab esu carnium et secularibus dele-
ctis abstinens et in dei timore
esse sollicite se gerens Hic me-
mor antique conversationis et
solitudinis abdicato sua sponte
Episcopatu ad sua Cartusia
et ad dulcissime Rachelis
amplexus reversus est Hic
inter cetera scripsit librum
super dominica oratione stilo
culto nitido diserto cuius
sensus sub graves sunt alti
luculenti Obiit in senectute
bona tranquilla sub pace
quiescens

De Joanne de Lovanio
Cap. 34

Joannes de Lovanio
professus domus sancte
Katherine doctissime
virginis prope Antverpiam
nobilis veritatis historicus
ut scribit Bostius carmelita
et totius antiquitatis dilige-
ntissimus investigator esse di-
noscitur Hic a vitiis primu-
los revocavit admonitione
salutari et virtutum non dei
desiderio Inter alia aut multa
et varia preclari ingenii sui
monimenta ex quibus laudem
est assecutus evolutis patrum
priscorum annalibus utriusque
pontificum historie egregium
volumen condidit quod sum-
morum pontificum cronicam
voluit appellari Nos famam
sequentes que sepe mendacijs
scatet sed diligentissime explorata

coscribens. Multa hinc inde
interserens lectori studioso
facile placitura immo etiam
et profutura. Hec summa
bostius conscripsit etiam com-
pilando gesta sanctorum tum
martirum tum confessorum illo-
rum precipue quorum nulla
apud nos scripta queant
facile inveniri. Scripsit etiam
de ortu et progressu domus
sue nove plantationis in
Lovanio ubi etiam pro tempore
et procuratoris et Vicarii
officio est functus. Et non
pars minima illius cenobii
promotionis. Vivit adhuc
in humanis quem ego re-
vera non laudassem cum
scriptum sit ne laudes hominem
in vita sua, nisi me bostius
suo scripto et iam pervulga-
to volumine provocasset.
Iste enim Arnoldus Bosti-
us carmelita cuius sepe-
iam memini vir revera
disertus et eruditus scrip-
sit cum esset ordinis Cartu-
siensis amator egregium opus
de viris illustribus nostri
ordinis in quo et hunc pa-
trem quem iam commendavimus

preclaris titulis annotavit.
Obiit. Hic s[...]ribus per q[uo]d d[omi]no,
testimonium

De Domno Basilio
Capitulum 35

Basilius maioris Car[tusie] prior
ortavius doctrina et eloquentia
admodum clarus et eximiis quoque vir-
tutibus cumulatus multum contu-
lit ordini, hic non minus sancti-
tatis ac virtutum gratia, quam scientia
illustris, multas constitutiones
ad ordinis commodum edidit.
Multos quoque exhortatione salubrique
ad mundi contemptum ac vitam eternam
concitavit. Edidit et preter alia
de laude solitarie vite sapien-
tissimum sapiens epitoma, ubi brevi
sermone miro in modum eam vitam
commendat magnificatque. Hac
una industria facile qualis in
reliquis suis scriptis extiterit
quis poterit animadvertere. Cuius preter
clara in hac vite monimenta
posteris reliquisset, tandem defun-
ctus in senectute bona celos adi-
it anno 1173 sepultusque est cum
miraculorum splendore, qua satis
illius testimonia exhibuerint.

De D. Iuscelino C. 36

Iuscelinus 13us maioris Car[tusie]
prior, vir colende memorie,
orbis literis tam divinis quam huma-
nis admodum eruditus, ingenio
subtilis, disertus eloquio, unde
non doctrina et exhortatione cla-
rissimus, Cartusiensibus prefuit.

cohis